UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

5. Ordinarius an possit excommunicare subditum in loco exempto existentem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

QVÆSTIO V.

Ordinarius an poſſit excommunicare ſublatum in loco Exempto exiſtentem.

1. *Abſens excommunicari poteſt; ut & exiſtens in alieno territorio.*
2. *Excommunicatio eſt actus extrajudicialis qui extra territorium exerceri poteſt.*

PRo affirmativa late reſpondit Federicus de Senis *Conſ.16.Col.6.verſ.ad ſecun-*
1 *dam quæſtionem uſque ad finem* antonomiasque ſol vit quas lib.4.quæſt.110.attu-
li, ratiocinaturque ab abſente ad ſubditum in alieno territorio exiſtentem: ut ſicuti
abſens excommunicari poteſt, *cap.veritatis ubi glo.de dolo & contum.cap.Sacro de ſent.*
excomm. Fede.conſ.11.cap.decernimus.3. quæſt.8. cap.1. §.adiiciebatur de Conceſſ.præben.
lib.6. ita & in loco Exempto ſeu alieno territorio exiſtens, id quod plena manu ab
eodem Federico de Senis confirmatur *d. Conſ.16.* eſt enim excommunicatio actus
extrajudicialis, qui extra territorium exerceri poteſt. *Franc.cap.venerabilis in pr.n.3.de*
ſent.excom.in 6. Eaque innodatus ubivis terrarum manet alligatus. *Abb.cap.ad repre-*
mendum n.2.de offic.ord. videtique poterunt ea quæ inferius in non abſimili quæſt.
ſcripſimus, qu.87.

QVÆSTIO VI.

Citatio in ſubditum in loco exempto exiſtentem, an ſubſiſtat?

1. *Citatio in alieno territorio non ſubſiſtit.*
2. *Ab uno actu judiciali ad alium efficax eſt argumentum.*
3. *Citatio per edictum ſumit vires à Juriſdictione Judicis citantis.*
4. *Subditus in alieno territorio citatus non comparens, fit contumax.*

RAtio dibitandi eſt, quia Citatio in alieno territorio non ſubſiſtit *And. Gaill.l.1.*
1 *obſer.56.* Reſpondetur nihilominus, citationem ſubditi in loco Exempto ex-
iſtentis ſubſiſtere. *Feder.de Senis conſ.2.de Conſ.11*, idque ad inſtar ſententiæ quæ ſub-
ditum in loco Exempto degentem afficit atque ligat, ab uno enim Actu Judiciali ad
2 alium efficax eſt, & validum argumentum. *Feder.de Senis d.Conſ.11.cap.cum inter de*
except.cap.Paſtoralis de offic.ord.cap.2. §.adiiciebatur de conceſſ.præb.l.properandum §.
fin.Autem C.de Judiciis. Confirmatur, quia citatio ſeu citationis executio quæ fit per
3 Nuncium, Epiſtolam, vel edictum, poſitum in loco Juriſdictonis citantis, ſumit vi-
res à Juriſdictione, de Juſſu Judicis citantis facto in loco debito, *Feder.d.Conſ.11.* ut
proindè citatio verbalis extra Diœceſim citantis facta vitiari non poſſet, *l.2.ubi in rem*
actio, cap.Romana.§.contrahentes de foro comp.Clem.unica de foro compet.Feder.d.Conſ.
16. reddatque ſubditum in alieno territorio ex ſtentem contumacem atque immo-
4 rigerum *l.2.C.ubi in rem actio d.cap.Romana §.contrahentes de foro comp.in 6.l.omnes*
§.ſi vero C.de Epiſcp.& Clericis Feder.de Senis d.Conſ.16. Qua de re vide etiam infra
qu.71.& fuſe Barth.l.1.n.3.cum Apoſt. ff. de Requirendis Reis, Conſonant ea quæ
latè adferuntur à Guido, Papa deciſ.502.n.3.

QVÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN